



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

11. De modo & forma instituendæ Disciplinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

monasticis obseruationibus per abrupta deflexerant. Cum enim sibi sub eo illicita non licere conspicerent consilia iniquitatis & sceleris plena de morte eius machinari cœperunt: & quidem præter alios non dico religiosorum, sed etiam prophanorum hominum auribus indigna eò impietatis processerunt, vt in apponendo beato viro cibis & potibus venenorum suorum vterentur admixtionē. Sed hæc Diaboli inuidia per nequitia suæ ministros conflata nulla morte Dei ministrum læsit, licet ipse multoties id ipsum gustare non refugerit. Eodem modo Helias Propheta & Ieremias, Moyses, Samuel, Esaias, S. Patriarcha Iosephus, Stephanus Archidiaconus, Christus, omnes Apostoli, Martyres &c. ob zelū disciplinæ & iustitiæ extrema quæque perpessi fuisse leguntur: sed notatu & memoria dignissimum Deum iustū iudicem de tyrannis & persecutoribus ac rebellibus meritas semper pœnas sumpsisse.

CAPVT XI.

De modo & forma Disciplinæ.

Continetur hac Gnoma. Si laxes, erepit, si stringas erumpit. de qua sententia lege Pierium Valerianum in Hieroglyphicis doctè & eleganter disputantem: neque enim nimis laxè, neq; rigidè nimis procedendum est medium, hic tenuere beat: mediū aut̄ inuenire difficile esse docet Aristot. li. 2. Eth. Nam tempora nostra infirma

vix ferunt rigorem veterum Canonum vt ex Põ-
 tificali Coloniensi supra allegaui. ira & benigni-
 tas inter se temperanda & condienda sunt. vide
 supra lib. 1. c. 20. totum locum allegatum ex Pon-
 tificali Coloniensi. Vita Ignatij Laiolæ lib. 5. ca. 7.
 docet insigni proposito exemplo seueritatem cū
 benignitate coniungendam. Deinde adulti sepa-
 randi, vt ex eo dolore resipiscant, iuuenes verò
 non separandi ne fiant contemptores disciplinæ.
 Socrates li. 4. c. 23. in vita Sancti Arsenij. formam
 & modum Disriplinæ pulchrè & eleganter vide
 apud Gratianum in Decretis per totam Distin-
 ctionem 45.

CAPVT XII.

Varia & Miscellanea quedam de Disciplina.

REnatus Choppinus Andegauus I. C. & in Cu-
 ria Gallica Aduocatus lib. 2. de Sacra Politia
 cap. vel tit. 1. de Pontificia Iurisdictione §. 1. doctre
 Ecclesiasticum Imperium à regali adiuuari & §.
 ultimo 22. Communi ope prælatorum ac Princi-
 pum Reipub. statum conseruari ostendit. idem li.
 bri 2. titulo 2. §. 9. De Visitatione Dicecesis per E-
 piscopum & Archidiaconum. & §. 11. & 12. 13. Quæ
 nam sint crimina purè Pontificiæ correctionis.
 mox idem libri 2. titulo 3. §. 2. Metuendas esse Pon-
 tificum excommunicationes. §. 3. Iudicati non so-
 luti nomine à censuris Ecclesiasticis non esse
 inchoandum. §. 5. 6. 7. 8. Cistercienses, Cluniacenses,
 Præmonstratenses exemptos esse à potestate
 Episcopali. §. 9. 10. Nummariam mulctam ab Ec-
 clia-
 siasti-